

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst oficjalny

Commune incliti Poloniae Regni privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque, ed. I. Lascius, Cracoviae 1506, k. 178

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 9

[9] De iudicio qualiter hospiti et domestico sit ministrandum. Et quod iudicari potest sine testibus.

Nec castellano, nec sculteto scabinus, nec civis tenetur aliquam sententiam extra veros dies iudiciales diffinire, nisi factum manifestum aut vulnera mortalia, aut homicidia, aut furta seu alia criminalia fuerint.

Castellanus et scultetus bene possunt omni die iudicare pro debito, pro quo absque testimonio agitur, nisi civis agat contra hospitem vel hospes supra civem pro debito cum testimonio, de quo alter alteri fassus est, hoc bene potest iudicari sine mora. Et si uni adiudicatur debitum, habet solvere sequenti die, quod tenetur.

Sed hospitem oportet iuramento probare, quod sit alienigena et ita remote domicilium habeat, quod una die ad iudicium venire non possit.

Ille debet esse hospes, qui ultra XII miliaria extra iudicium [s] suum domicilium habet.

Et si aliquis alienigena datur per manum in modum pignori, iudex tenetur eum dare ad observandum tamdiu, quo usque se debito expurget iuridice aut illud persolvat.

[hasła: sołtys, kasztelan, wyrok, rana śmiertelna, zranienie, zabójstwo, kradzież, gość, dług, sąd gościnny, mieszczanin, sąd]